ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nondum praeteriit temporis postquam tectae sunt
~~[illegible]~~ tuae: et nescio an abunde satis. Fidem tamen
praestarunt operae, rei defuturum se nunquam
Graviter atq periculose aegrotante J. Arnoldi a Janse
nio res omnis agitur quae ad testudines atq concame
rationes hypogaeorum sit. hodie mane audio prope fuis
se uti vapularet Jansonius. ceperant tegere, et ob coeli
injurias impediti rem expedire nequivere. demptavere fidi
ab his, causa astutia, inter se omne consiliorum con
gerunt, et rem injunctam atq potius tentatam pretio
indiem minui noluerunt, ac vere Jansonium oppugna
runt, indignati quod lucros se facere tentavit. postremo
alior- persuasione perfectum, ut horum exspectationi
& desiderio satis sit factum. De Marchionatu judices
hodie sub horam quintam sententiam diximus, etiamsi
ab Ordinib. dnis nob. prohibitio sit facta sub poena
nullitatis. Quid autem causae sit, ut lites jam tum instru
ctissimae, & ad coronidem perductae decisionem reser
uare aut differre voluerint optime assequeris. Non qui
dem cupio, non peto in laudem trahi, me Affinis quod
me & Dno Morsar in tribunali sedentib. pronunciave
rimus sententiam. Verum expecto inde habere apud
te hoc persuasionis non timidum me fuisse, non exundiq
incurie aut negligenter hanc rem egisse prout virum bonum
& judicem integrum decet. Plura non debeo. Nos quod unu
absentes possumus, pro principe, pro Augusta, utraq pro

Is, [illegible] comes vota facere non desinimus. Deus vos servet Reipub. atq nobis.

Tuus invariabiliter
D. de Wilhem

28 Nov. 1635. Hag. Comit.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 37
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1314

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 37
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1314